

DEDICATORIA.

Exemplis & cū dēlucidē demonstrabo.

VII. OBJECTIO. Longo tempore fuit tolerata. Ergo deinceps quoq; retinenda.

Multa mala ad tempus tolerantur, non tamen
iccirco semper retinenda sunt. Antea non ita omni-
bus patefacta & nota fuerunt innumerabilia ista
incommoda usitati libri, quocirca facilius à nescien-
tibus aut parum attentis ferri potuerunt. Nuna-
verò sciens & volens tot falsa, totq; inutilia
juventuti ediscenda proponere salvâ conscienc-
tiâ nemo potest. Id quod supra plus sati fuit ostensum.
*Christus Ioh. 15. ad suos discipulos inquit: si non
venissim & locutus fuisset eis, peccatā non haberent,
Nunc autem non habent quod prætexant peccato suo.*

VIII. OBJECTIO. Errata illa pueris obiter in-
dicari possunt. Vede quæso hujus objectiunculae so-
lutionem in meæ Dissertationis fine.

Ex his jam breviter delineatis & ultrè citroq; dis-
putatis intelligere, credo, potuisti, Patres Ecclesiarum &
Scholarum hujus Electoratus Saxon. summam
mandi: quām multis non necessariis, immē nullo
modo ferendis ambagibus, falsitatibus, molestiis &
difficultatibus tām docentes quām discentes tot an-
nos frustrè macerentur ac retardentur, ut vix longo
tempore pauci ad frugem aliquam pervenire queant.
Vidisti etiam non contra sed pro me stare & pugna-
re ipsum Philip. Melanchthonem, ipsum Ioach. Came-
rar. eisq; innocentibus & invitis non sine summa ini-
uria a nonnullis, ut mihi tantum incommodeant, im-
pusari